UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Spes

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

ſpeciem enim noſtram iam ſibi habent obductam, poſtquam refra-
cti ſunt, itaq; illam conſpiciunt. *ibid. num.* 133.

Speculum non tantum manifeſtam imaginem rei, ſed etiam diſtantiam à ſpeculo, quia ſibi longe diſtat, videt in profundo: ſi prope, in ſuperficie. *Albert. Magn. in 3 meteor. tract.* 4. *c.* 9.

Speculum duobus modis ſumitur: Primo, quod habet naturam ſpeculi, vt eſt ſplendidum, terſum, & aliquo modo ſpiſſitudinem habens, & tenens ea, quæ ſibi imprimuntur, licet ſit peruium, & ſic in aere & aqua. Aliud eſt, quod omnes proprietates habet ſpeculi terminata quod diſtincte & reflectit imaginem in ipſum intuentem, & ſic nec aer nec aqua ſunt ſpeculum. *ibid. ca.* 15.

Speculum planum recipit in propria quantitate formas rotundũ in minori quantitate. *idem de anim. li.* 1. *tr.* 1. *c.* 7.

Speculum quæcunq; oſtendit, ideo nobis apparent, quia immutatio medii repercutitur ad ſpeculum. *D. Thom. in poſt.*

Speculi opificium eſt repræſentare, quæ ei obuiam fiunt. *Plat. de rep. dial.* 10.

Speculum imagines repræſentat, & eadem circa omnia illuſtria, & leuia aſpectu apparent, quia ex interna & externa ignis vtriuſq; inter ſe communione, rurſus vno circa leuitatem ſubinde oriente, & multis modis adaptato talia omnia neceſſario apparent, dum qui circum faciem eſt ignis, cum eo qui circa viſum eſt igne circa læue, vel illuſtre compingitur: dextera vero conſpiciuntur ſiniſtra, eoque contrariis viſus partibus contrarias partes attingimus, præter ſolitum occurſus morem, contra vero dextera, & ſiniſtra ſiniſtra videntur, cum lumen compactum tranſierit abeo, cum quo compingitur: hoc contingit, cum ſpeculorum læuitas hinc atq; illinc altitudines adepta, dextram viſus partem in ſiniſtram detruſerit, & alteram in alteram. At vero ſecundum longitudinem faciei conuerſum ſpeculum idem hoc totum vt ſupinum efficit, vt quod infernam ſplendoris partem ad ſupernam & ſupernam ad infernam detruſit: & hæc omnia ſunt cauſæ adiuuantes, quibus Deus miniſtris vtitur ad optimi ideam, quantum fieri poteſt, abſoluendam. *idem in Timao.*

Speculum in modum ſectæ concauæ ſphæræ formatum, facit, vt maiores veris vultus appareant, vndique ſe fudente radii lumine. *Chalcid. in Plat. Timæum.*

Speculorum duorum, ſi alterum ante vultum, alterum à tergo ponatur ita obliquatum, vt à corpore non impediatur viſus, tunc in ambobus nos inſpicimus: quod fieri nequit, niſi radius viſualis in anteriori ſpeculo facto angulo recurrat in poſterius. *Idem ibid.*

Speculi figura ſi erit concaua & tornata in modum ſcaphii quadrati, vel imbricis, dehinc intueamur ſpeculum ita conuerſum, vt rectus cernatur imbrex, margines vero eius, ſeu ſupercilia hinc & hinc prolatoribus aſſiſtant, tunc, opinor, radius incidens, & infractus ob læuem ſpeculi, & rigidam ſoliditatem in proximum eius latus delabitur in decumani apicis effigiem, ita dextri lateris imagine in ſiniſtrum. ſiniſtri in dextrum, ob eminentiam marginis vtriuſq; directe dextræ partis, noſtræ etiam in ſpeculo dextræ ſiniſtræ item ſiniſtræ videbuntur: & erit imaginis falſæ falſa imago remedium: & hoc ſpeculum, ſi erit aduerſum nos locatum, vt eminentium marginum alter ſuperior, alter inferior ſit, nec rectus, ſed obliquus cernatur imbrex, ſupinas oſtendit imagines, & ſimulachra præpoſtera, ob ſimilem lapſum fracti radii per accliuia, directus quippe viſus ad ſpeculi ſupercilia, cum ſuperiorem conſpexerit eminentiam, deiicitur ſimulachrum ad ima reſupinum, cum inferiorem, facit ſaltum vultus ad imaginem ſuperiorem. *Chalcidius in Plat. Tim.*

Speculorum diuerſitas apparet, quia lumina ad partes alteras reflectuntur à conuexo repulſa & diſperſa, & in concauum coniuncta, iuxta diuerſitatem ſpeculorum vel concauorum, vel conuexorum, vel oblongorum: quapropter in quibuſdam dextera & ſiniſtra controuerſa videntur, in aliis pari modo, in nonnullis ſupera ad intera, ac vice verſa ad ſupera intera conuertuntur. *Alcinous ca.* 18.

Specula imagines quaſdam reſultare facere ex ipſis, etſi nonnulli negant. Theophraſtus tamen in libris anima, vt Iamblichus, & Priſcianus exponunt, cum Platone conſentit, & Proclus in ſex de republica probat. *Fic. in Plat. Tim. c.* 30.

Demoſthenes orator, cum à Platone Philoſopho facundiam hauſiſſet, ab Eubulide dialectico argumentationes didiciſſet, nouiſſimam pronunciandi congruentiam à ſpeculo petiuit. Et ſi enim in omnibus manu faciendis imaginibus opera diutino ſumitur, nunquam tamen ſimilitudo æque ac in ſpiculis comparet. Deeſt enim & luto vigor, & Saxo color, & picturæ rigor, & motus omnibus, qui præcipua fide ſimilitudinem repræſentat. Cum eo viſitur imago mire relata, vt ſimilis, ita mobilis & ad omnem motum hominis ſui motigera. Eadem ſemper contemplantibus æquæua eſt ab ineunte pueritia ad obeuntem ſenectam, tot ætatis vices induit, tam varias corporis habitudines participat, tot vultus eiuſdem lætantis vel dolentis imitatur. *Apul. in apologia* 1.

Socratis vſum ſpeculi tuis auditoribus commendantis ratio eſt cuiuis literato notiſſima.

Spes.

DEFINITIO.

SPes, Græce ἐλπὶς, ίδος, ἡ, & ἐλπίζω, ſpero dicitur. [...]
Mibtach, & *Bitthachon*, fiducia, ſpes, confidentia [...]
71.5. *Eſai.* 30.15 & 37.4. à verbo *Batach.* Confi[...]
habuit, confidens fuit, ſperauit fiducialiter. Cognat[...]
Nabbat, aſpexit confidenter. Nam qui ſperant [...]
quid accepturos, ſemper intuentur fixis oculis [...]
πιθέω, fido, confido, ſpes igitur & fiducia [...]
ſpes de futura beatitudine, ſicut de vltimo fine, [...]
& de auxilio gratiæ, ſunt de eo quod ducit ad finem [...]
Pſal. 27. In Deo ſperauit cor meum, & adiutus ſum [...]
in ſum. Theol. 1. *Secundæ, qu.* 69. *art.* 2. *in concluſ. & re[...]*
sect.

Spes eſt, qua quis ad id, quod credit ſe peruentu[...]
ſecund. Aug. li. de Ciuit. Dei.

Spes eſt extenſio appetitus in appetibile. *ſec. B. Tho[...]*
q. 1. *art.* 10.

Spes eſt appetitus excellentis boni, cum fiducia [...]

Spei obiectum habet quatuor conditiones, ſcilicet [...]
um, futurum, & poſſibile. *ſecundum B. Thom. prim[...]*
art. 10.

Spes quid à fiducia differat, vide ſupra in Fiducia.

LOCI BIBLICI.

Spes pro fide, *Hebr.* 6.11.1. *Petr.* 3.15. pro re ſperata [...]
am, *Rom.* 8 24. *Gal.* 5.5. *Phil.* 1.5. *Epheſ.* 1.18. *Coloſſ.* [...]
probatione, *Rom.* 5.4 ſpes anchoræ ſimilis, *Hebr.* 6. [...]
eſt. *Rom.* 15.13.2. *Theſſal.* 2.16. galea ſalutis eſt, 1. *Theſſ.* [...]
neceſſaria, *Rom.* 12.12. *Tit.* 3.7.1. *Pet.* 1. *&* 3.13. *Ioan.* 3.3.

Spes impiorum euaneſcet. & in quibus confidunt [...]
mnia, 2. *Reg.* 18.21. *Iob* 8.13 & 11.20 & 14.19 & 20.4 *Pro[...]*
7.23 & 25.19. *Sap.* 5.15. *Eccl.* 5. *v* 1.10. *Eſa.* 28. *v.* 15.18 & [...]
11. *Iere.* 9.12 & 17.7.1. *Macch.* 2 62.

Spes, quæ differtur, moleſta eſt, *Prou.* 13.12. ſpes a[...]
tinenda *Heb* 3.6. ſpes non confundit, *Pſ.* 22. *&* 5.6 & [...]
timorem expellit, *Pſ.* 56. *&* 4.5. hominem beatum red[...]
34.9 & 48.13. ſpes iuſtorum non in temporalibus [...]
ciuſq; promiſſionibus fundatur, *Geneſ.* 26.5. *Iudic.* 7. [...]
& 17.45 & 22 1.1 *Reg* 20.28.1. *Par.* 19.13.2 *Paralip.* 25. [...]
v. 15.2 *Iudith* 5.13. *Pſ.* 9.11 & 14.6 & 22. *&* 5.10 & 25. [...]
& 62.1 & 71.1 & 91.2.114. *&* 9.10.11 & 142.6 & 146. [...]
22.19. & 28.25 & 30.5. *Sap* 3. *&* 4.9. *Eccl.* 2. *v.* 6.12 & 13. [...]
14. *Eſa.* 26.4 & 29.19 *&* 30. *v.* 1.15 & 31.1 & 36.7 & 40. [...]
& 7.4 & 9 22 & 17.7 & 30.18. *Thren.* 3.24. *Ezech.* 29.6. [...]
7. *&* 5.7. *Nahum.* 1.7.1. *Mach.* 3.18. *Matth.* 10.37 & 13.21.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Spes in Deo eſſe debet ſingularis.

Salutare tuum expectabo Domine. *Gen.* 49.

Quoniam non derelinquis, qui ſpem in te colloca[...]
virtute glориantes deprimis. *Iudith.* 6.

Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo. *Iob.* 13.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo. *Prou.* 3.

Qui ſperat in Domino beatus eſt. 16.

Qui timetis Dominum, ſperate in illum, & in oblecta[...]
niet vobis miſericordia. *Eccl.* 2.

Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile eſt in ocul[...]
to honeſtare pauperem. 11.

Domine miſerere noſtri, te enim expectauimus, e[...]
noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis [...]

Benedictus vir, qui confidit in Domino: & erit Domi[...]
eius. *Ierem.* 17.

Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expe[...]
Bonus eſt Dominus ſperantibus in illum, animæ quæ[...]
Thren. 3.

Ego ad Dominum aſpiciam, expectabo Deum Salua[...]
um, audiet me Deus meus. *Mich.* 7.

Virtualis.

Lætentur omnes, qui ſperant in te Domine. *Pſ.* 5.

Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum. 9.

Expecta Dominum, viriliter age. 27.

Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui [...]
Domino. 13.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…qui abiicit & diſciplinam, infelix eſt & vacua eſt ſpes
… *Sap.* 3.
…Dominum ſuſtinete miſericordiam eius, & ne defle-
… ne cadatis, *Eccl.* 2.
…iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te: nomen
…memoriale tuum in deſiderio animæ. Anima mea deſide
…nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de mane vi
… *Eſa.* 26.
…facti ſumus. Spes autem, quæ videtur, non eſt ſpes: Nam
…quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſpera-
…patientiam expectamus. *Rom.* 8.
…dentes, 12.
…ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam
…ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam
…& incedentem vſque ad interiora velaminis, vbi præ
…nobis introiuit Ieſus, ſecundum ordinem Melchiſedech
…factus in æternum. *Heb.* 6.

Vtilis, conferens bonum.

…in Domino miſericordia circundabit. *Pſalm.* 32.
…cuius eſt nomen Domini ſpes eius. 39.
…in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo
… 61.
…hærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem
…
…in Domino, ſaluabitur. *Prou.* 28.
…hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immorta-
…eſt *Sap.* 3.
…fidunt in illo, intelligent veritatem. *ibid.*
…Deo, & recuperauit te, & dirige viam tuam, & ſpera in il.
…
…qui non habuit animæ ſuæ triſtitiam, non excidit à ſpe
…
…io & ſpe erit fortitudo veſtra. Beati omnes, qui expectant
… *Eſa.* 30.
…quia ego Dominus, ſuper quo non confundetur qui expe-
… 49.
…fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit mon-
…ſanctum meum. 57.
…qui ſperant in eum, non infirmantur. 1. *Macch.* 2.
…amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet re-
…tionem. *Heb.* 1.

Auferens malum.

…Domino ſperans non infirmabor. *Pſalm.* 26.
…gat aduerſum me prælium in Domino ſperabo. 26
…Dominus animas ſeruorum ſuorum. Filii hominum
…alarum tuarum ſperabunt. 33.
…quæ differtur, affligit animam, lignum vitæ deſiderium ve-
… *Prou.* 13.
…animum ſi compleatur, delectat animam. *ibid.*
…ſperaueris lapſus, in die anguſtiæ minuet fortitudo tua, 24.
…Dominus, & confortans in die tribulationis, ſciens ſpe-
…in ſe. *Nahum.* 1.
…in nobiſipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fi-
…in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos. 2. *Cor.* 1.

In proximo vituperabilis.

…confidere in principibus, neque in filiis hominum, in qui-
…eſt ſalus. *Pſalm.* 145.
…deſertores: dicit Dominus, vt faceretis conſilium, & non
…& ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, vt addere-
…rum ſuper peccatum, qui ambulatis, vt deſcendatis in Æ-
…& os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in for-
…Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit
…fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Ægy-
…ignominiam. *Eſa.* 30.
…dictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem bra-
…ſuum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quaſi myri-
…deſerto, & non videbit, quum venerit bonum, ſed habitabit
…in deſerto in terra ſalſuginis, & inhabitabili. *Ierem.* 17.
…gite, ſaluate animas veſtras, & eritis quaſi myricæ in deſerto.
…quod habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, & in the-
…tuis: tu quoque capieris. 48.
…bentes, fratres, fiduciam introitu ſanctorum in ſanguine Chri-
…initiauit vobis vitam nouam & viuentem, per velamen, id
…carnem ſuam, & ſacerdotem magnum ſuper domum Dei, ac-
…mus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à con-
…tia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ
…feſſionem indeclinabilem. Fidelis eſt enim, qui repromiſit.
… 10.

Spes impiorum abominabilis.

Spes hypocritæ peribit. *Iob.* 1.
Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes il-
…abominatio animæ. 11.
Spes impiorum peribit. *Prou.* 10.
Non habent futurorum ſpem mali, lucerna impiorum extin-
…tur. 24.
Spes impii tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffuſus eſt. *Sap.* 5.

Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & more inutilis aquæ diffluet. 16.

Vana ſpes mendacium viro inſenſato. *Eccl.* 34.

Non eſt, qui inuocet iuſtitiam, neque eſt, qui iudicet vere, ſed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates. *Eſa.* 59.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Mihi magis videtur fidei filius, qui nouit, à quo ſperet, quod nondum habet: quam qui ſibi tribuit quod habet. *Auguſt. de ſpiritu & litera.*

Vita vere mortalis, ſpes eſt vitæ immortalis. *in Pſalm.* 3.

Qui gaudet in ſpe, tenebit & rem: qui autem ſpem non habet, ad rem non poterit peruenire: ſpes & charitas erunt idem. *De charitate.*

Fides credit: ſpes & charitas orant, ſed ſine fide eſſe non poſſunt; at per hæc & fides orat. *in Enchirid.*

De diuina miſeratione tunc ſperandum amplius eſt, cum præſidia humana defecerint. *Amb. in Flexami.*

Spes commodi furatur labores; & metum abſcondit periculi. *in Pſalm.*

Omne opus lene fieri ſolet, cum eius pretium cogitur, & ſpes præmii ſolatium fit laboris *Hier. in Epiſt.*

Spes in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius, quæ tolerat, ſentit. *Greg. in Mor.*

De ſpe incaſſum præſumit, qui timere Deum in ſuis operibus temnit. *ibid.*

De Creatore deſperare eſt, ſpem in creatura ponere. *ibid. lib.* 5.

Tu es, Domine, ſpes mea. Quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid tolerandum, quicquid operandum, tu es, Domine, ſpes mea hæc vna mihi omnium promiſſionum cauſa, hæc tota ratio meæ expectationis: prætendat alter meritum, ſuſtinere ſe iactet pondus diei & æſtus, ieiunare bis in ſabbatho ſe dicat, poſtremo non eſſe ſicut cæteros hominum glorietur. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam. *Bern ſerm.* 9 *ſup. Qui habitat.*

Si mihi præmia promittuntur per te obtinenda, ſperabo: ſi inſurgunt aduerſum me prælia, ſi ſæuiat mundus, ſi fremat malignus, ſi ipſa caro aduerſus ſpiritum concupiſcat, in te ego ſperabo. *ibidem.*

Vt quidem cunctamus omnino abiicere ſpes miſeras, vanas, inutiles, ſeductorias, & huic vni, tam ſolidæ, quam perfectæ, tam beatæ ſpe tota deuotione animi, toto feruore ſpei inhærere. *ibidem.*

Dicit fides, parata ſunt magna inexcogitabilia bona à Deo fidelibus ſuis: dicit ſpes, mihi illa ſeruantur, tam tertia quidem charitas. curro ego, ait, ad illa. *idem ſerm.* 10. *Pſalm.* 91.

Tria conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit: Charitatem adoptionis, Veritatem promiſſionis, Poteſtatem redditionis. Non eſt via ad regnum ſine præmiis regni; nec ſperare poteſt cœleſte regnum, cui nec ſuper propria regnare membra adhuc donatur. *ibidem.*

Tu es patientia mea: ſi tribulatio infertur, per te ſperabo, tu es ſpes mea: ſi præmia promittuntur, per te obtinebo: ſi inſurgat hoſtis, non niſi in te ſperabo. *ibid.*

Futurorum ſpes laborantibus requiem parit, ſicut in agone poſitis dolorem vulnerum mitigat ſpes coronæ. *Origen. ſuper Exod. homil.* 9.

Sibi ipſe fidere non fidei: nec confidentiæ ſed diffidentiæ magis in ſemetipſo habere fiduciam. Is vere fidelis eſt, qui nec ſibi credit, nec in ſe ſperat, factus ſibi tanquam vas perditum: ſed ſit perdens animam ſuam, vt in vitam æternam perdat eam. *Bern. ſerm.* 5. *in vigil. natiuit. Chriſti.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Heſiodus.

Ἐλπὶς δ᾽ οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει.
Spes non bona indigentem virum ſequitur.

Theocritus,

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ᾽ αὔριον ἔσσετ᾽ ἄμεινον,
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες,
Χ᾽ ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ᾽ ὕει.
Fidere, amice, decet, melius cras forſan habebit,
Sperandum eſt viuis, non eſt ſpes vlla ſepultis,
Nunc pluit, & clarus nunc Iupiter æthere ſurgit.

Iulius Polyenus.

Ἐλπὶς ἀεὶ βιότοιο κλέπτει νόον· ἡ πυμάτη δὲ
Ἠὼς τὰς πολλὰς ἔφθασεν ἀσχολίας.
Spes vitæ ſemper furatur mentem: extrema autem
Aurora, multa præuenit negotia.

Sophocles.

Ἐλπὶς γάρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν.
Spes enim alit homines plurimos.

Euripides in Hypſipyle.

Αἰπτὸν οὐδὲν πάντα δ᾽ ἐλπίζειν χρεών.

Nihil inſperatum: omnia vero ſperanda ſunt.

Idem in Proteſilao.

Πολλ' ἐλπίδες ψεύδουσιν αἱ ἄλογοι βροτούς.

Spes temerariæ plerunq; fallunt homines.

Idem in Oedipo.

Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
Φανεῖσα, μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.

Ex rebus inſperatis gratia maior hominibus
Apparet, potius quam expectatis.

Pictorius Poëta.

Preſſus ab exemplo, diſcat ſperare ſecunda,
Cuncta vbi ſpes ſtabili ſupplicat ore Deum.

Lius Poëta.

Ἐλπίσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον.
Ῥᾴδια πάντα Θεῷ τελέσαι, καὶ ἀδύνατον οὐδέν.

Speranda ſunt omnia: nihil non enim ſperari poteſt,
Omnia Deo facta facilia ſunt, & nihil impoſſibile.

Apollodorus.

Οὐδέ ποτ' ἀθυμεῖν τὸν κακῶς πράττοντα δεῖ,
Ἄνδρες: τὰ βελτίω δὲ προσδοκᾶν ἀεί.

Nunquam oportet animum deſpondere hominem infortunatum.
O viri: meliora vero ſemper expectare.

Euripid. in Inone.

Ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον.

Sapientibus vita ſpe confirmanda.

Μήτ' εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα,
Κακῶς τε πράσσων ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

Neque bona aſpirante fortuna totam laxes habenam,
Et in malo ſucceſſu bonam ſpem concipias.

Ouid. Epiſt. 16.

Tale nihil timeo, ſed nec Medea timebat.
Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.

Plaut. Rud.

Nam multa præter ſpem ſcio multis bona eueniſſe.
S. At ego etiam qui ſperauerint ſpem decepiſſe multos.

Ouid. 1. Pont. 7.

Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris,
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.

Horat. 1. Carm. 11.

Et ſpatio breui
Spem longam reſeces: dum loquimur, fugit inuida
Ætas: carpe diem, quam minimum: credula poſtero.

Ter. Adelph. 2. 2.

Ego ſpem pretio non emo.

Sen. Herc. fur.

Turbine magno ſpes ſollicitæ
Vrbibus errant, trepidique metus.

Ter. And. 2. 1.

Væ miſero mihi:
Vt animus ſpe, atq; in timore vſq; antehac attentus fuit:
Ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.

Ouid. 1. Pont. 7.

Spes igitur pœnamenti Græcine leuandæ
Non eſt ex toto nulla relicta meæ.
Hæc Dea, cum fugerent ſceleratas numina terras,
In Diis inuiſa ſola remanſit humo.
Hæc facit, vt viuat feſſor quoq; compede vinctus,
Liberaq; à ferro crura futura putet.
Hæc facit, vt videat cum terras vndiq; nullas,
Naufragus in mediis brachia iactet aquis.
Sæpe aliquam ſolers medicorum cura relinquit,
Nec ſpes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem.
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc Dea quam multos laqueo ſua colla ligantes,
Non eſt propoſita paſſa perire nece.
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arguit, iniectas continuitque manus.

Tibull. 2. Eleg. vlt.

Iam mala finiſſem letho: ſed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore, ſemper ait.
Spes alit agricolas: ſpes ſulcis credit aratris
Semina quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces,
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida ſolatur compede vinctum.
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Ter. And. 2. 2.

Ita, poſtquam adempta ſpes eſt laſſus, cura confectus ſtupet.

Stat. 1. Theb.

Spes anxia mentem
Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.

Idem 2. Theb.

Et quæ non grauis mortalibus addita cura,
Spes vbi longa venit.

Sen. Med.

Qui nihil poteſt ſperare, deſperet nihil.

Plaut. Moſt.

Inſperata accidunt magis ſæpe, quam quæ ſperes.

Silius. 7.

Spes heu fallaces: oblitaq; corda caducum.
Mortali quodcunq; datur.

Ouid. Epiſt. 6.

Alternant ſpeſq; timorq; fidem.

Media via inter præpoſteram ſpem & deſperation[em]
incedendum eſſe.

Antholog. Sacr. Iac. Bill.

Tu quem nocte dieq; animus male conſcius vrget,
Vis pateant aures ad tua vota Dei?
Sit ſtudio ſemper modica hæc perfundere luce:
Nullus enim hæc vitiat ſplendor, & immodicus.
Omni luce caret, qui nec commiſſa fatetur
Crimina, tenebris obrutus illa videt.
At nimio contra obruitur ſplendore, videt qui
Tanta ea, deſperet protinus vt veniam.

Spes de malis habenda.

Anth. Sac. Iac. Bill.

Vt morbo oppreſsis præſtanda eſt cura medendi,
Donec in ægroto corpore vita manet:
Sic prauis multa & vitiorum mole grauatis
Sanctarum pietas eſt adhibenda precum,
Vt dum poſsibile eſt mutari corda malorum,
Horreſcat noctis deuia lucis amor:
Conuerſiſq; nouam mentem det gratia Chriſti,
Qua fiunt homines iuſtificante boni.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

O fallacem hominum ſpem fragilemque fortunam [...] noſtras contentiones: quæ in medio ſpatio ſæpe frang[...] ruunt, & ante in ipſo portu obruuntur, quam portum [...] potuerunt. *Cic. 3. de orat.*

Sola ſpes hominem in miſeriis conſolari ſolet. *Idem [...] num.*

Spes eſt vltimum aduerſarum rerum ſolatium, m[...] mum tribuit quiſq; ſpei plurimum. *Sen. in quadam [...]*

Spe bonorum, quicquid indignitatis imponitur, [...] remedium bonorum futura ſpes eſt, nec innocentem [...] ſcientiam, quum in aduerſis ſolatium eſt, non meruiſ[...] tur, Fortuna innocentem deſerit ſæpe, at bona ſpes nu[...] *Prouerb.*

De ſpe bona. DIAL. CIX.

Franciſc. Petrarch.

GAVD.

Quicquid in re ſit, ſpem mihi nullus eripiat. R. Hanc [...] teſt nemo, ipſa ſeſe ſenſim eripit, & inopinis euent[...] conſumitur. G. Spero multa. R. Et multa metuas oport[...] enim ſpes non habitat. G. Spero bona. R. Mala igitur [...] oppoſita ſpes timori eſt, ſic aduerſo de fonte oritur, [...] quod ſperare cœperis: eius contrarium vt formides. G. S[...] Sed incerta quorum ſtudio certa negligere dementia [...] equidem quod non habet ſperat, quod habet obliuiſc[...] re meliora non prohibeor. R. Quid ſi difficilia? Quid ſi [...] Venturaq; nunquam? Quid ſi peiora, ſi peſſima ſunt [...] meliora tibi fingis? G. Iuuat in ſpe viuere. R. Dic veriu[...] Nam & futura cogitantibus præſentia dilabuntur, & q[...] proſpiciunt, quæ ſub oculis ſunt vident, & qui cras viu[...] hodie non viuunt. Nondum eſt cuius initium ſperatur[...] omnis boni abſentis exſpectatio ſit, conſequens eſt ſp[...] ea ſaltem parte qua ſperat, mali aliquid pati. G. Dul[...] re. R. Audio quidem multos hoc dicere, ſed hanc [...] nem non agnoſco. Num ſi ſperare, & optato carere [...] eſt, quod qui dixerit, haud dubie guſtu caret. G. Spera[...] bile eſt. R. Ergo & pendere, & affici, & torqueri, ſpe[...] ſupplicii longa ſpes eſt, nil ſic animum fatigat, nil ſic [...] pitat. Itaque ſæpe vir ſapiens ſpem perditam lucrum [...] infinita cupidine liberatum ab expectationibus vanis [...] dum bonis ſuis cogi gaudet. G. de euentu ſors viderit, [...] gaudeo. R. Vide autem ne quando forſan in re doleas, [...] ſperaſſe, & ſperata conſecutus eſſe pœniteat. Multos qu[...] diu torſerat ad exitum ſpes ducta peſſundedit. Multi vo[...] licet non ſat ſatis longæ ſpei periere ſucceſſibus. G. N[...] tollat ſpem. R. Nemo tibi tollat tædium ac laborem [...] diſti vetere dici ſolitum prouerbio. Magnus labor [...] Rei bonæ expectatio blanda eſt. R. Sed & fallax & ancep[s...] Si hoc negas nunquam aliquid expectaſti, ſed ſe fall[...] timabilis turba eſt, quibus ad id quod agunt nihil pr[...] cax ſeſe offert, nihil reſpicit, nulli ſe negat flecti fa[...] prona credulitas. Argumentum vero leuitatis ingens [...]

...passim obuias ſpes amplecti, & his illico certis vt bonis ... docti omnes & experti rerum tardi ſunt. G. Bonam ... habeo. R. Interim dicis. Credo dum te illa fefelle... enim mos, inuiti ſpem deponitis, nunquam illam reli... vos illa relinqueret, qui cum vos ſæpe reliquerit (mirum ... rum atque iterum redeuntem cupide ſemper excipitis, ... obuiam, quaſi obliti veterum nouis armatam dolis in... cordis arce reponitis. G. Spem horam vſque ad vlti... deſeram. R. Quid ſi diu ante illa te deſeruit? An ne il... an ſequeris, an expectabis vt redeat? Age autem ſpe... nihil eſt dulcius quam falli. Non ego tibi ſpem, quam ... tenes, eripiam, tantum illud admoneo, non eſſe ſpem ... tueris. Non eſt ſpes bona, quæ bonum ſibi propo... bene. Bonum quidem ſperare ſceleſtiſſimi quoque ... poſſunt, immo & ſolent. Vere itaque bona ſpes eſt, quæ ... rite concepta eſt. Hanc qui habet ſtringat, teneat, ... eam vel in vltimis ſinat, ſororeſque illi ſuas iungat, ... fidem, hæc ſpes læta, dulcis, verax, felix eſt, quæque nec ... fallit, nec confundit, ſed ad optimum prouehit, animum... ſperati boni anticipatione lætificat. At vos ſeu verum ... male meriti ſperatis, ſeu malis veris falſum boni nomen ... Iure igitur veſtra expectatio antequam veniat mœſta ... q; cum venerit. G. Humanum ſapio, & de his loquor ... vocant bona. R. Huius nominis doctos olim inter ... longa lis fuit, quæ adhuc pendet, pendebitq; æuum in o... vnum in rebus contra autem illis bona multa ponentibus. ... iſta Philoſophis. Ego quæ vulgus dicit bona ſpero. ... igitur tuum ſperas, quod vel dilatione te cruciet, vel fa... exoptato, fac ſuccedat enim quod ad corpus attinet ... parauerıs, quod ad fortunam variæ & immitis dominæ ... iugum, quod ad animum vero ipſum magna etiam pars in ... perniciem verti queat, quoniam quæ delectant animum, ... lædunt. G. Ieci ego ſpei bonæ anchoram, nec mouebo. ... ſolent nautæ tempeſtate orta nauis anchoram præcidere, ... nequit, relictamque illam fugam capere, non enim quid ... mari apud poetã Dente tenaci anchora fundabat naues, ... quoque pelagi motibus accidit, vbi non naues fundat il... & naufragio vinctas tradit. Nec hercle aliter inter ... humanarum rerum ſpes affixa & tenax: multos in exiti... qui abſciſſa vtique & abiecta ſpe in columes euaſiſſent. ... ſubtrahenda ſpei anchora, vel ſi hæreat euellenda, ſi ne ... liceat, abſcindenda, rerumque ſub fluctibus relinquen... liberam vitæ proram gubernaculo prouidentiæ dirigas ad ... portum. G. Bene ſpero. R. Bene ſperando & male haben... vita mortalium.

De multiplici ſpe. DIAL. CXX.

Franciſc. Petrarch.

GAV.

... ſpero. R. Multa in ſpe multa eſt vanitas multusque fal... fortunæ. G. Spero multa. R. Spem multiplicem, mul... Qui modicum ſperat iter caſibus arctauit atque non... obſtruxit. R. Valetudinem bonam ſpero. R. Mortalitatis obli... G. Spero longam vitam. R. Diuturnum carcerem, vbi ... feras, multa videas quæ nolis. G. Membra viuacia. R. Vin... grata tamen, vnde metuas abſolui. G. Formam corpo... elegantem. R. Voluptatum ſtimulos. G. Annorum proſperos ex... R. Pudendi materiam dolendique. G. Amice conuentam mor... R. Breue, fœdumq; neſcio quid. G. Peccandi licentiam. R. In... gaudium, pœnitentiam longæuam. G. Vltionis occaſionem. ... ſæuitiæ. G. Agile corpus, ac validum. R. Mancipium ... max & rebelle. G. Diuitias multas. R. Grauem ſarcinam ex ... & tribulis. G. E diuerſis æquoribus venturas naues. R. Late ... ſam ſortem intra monſtra maris, ac ſcopulos, agitatam flu... tractam funibus, pulſam ventis. G. Lucrum de conceptis ... R. Eſcam quæ te perpetua ſolicitudine capiat, lucroque ... in multa credulum damna præcipitet, mercator nouus eſt fa... ad credendum, expertus multa circumſpicit. G. Honeſtas filiæ ... filiove. R. Nulla ferme res tam crebro fallit, & tam graui... G. Magnam potentiam. R. Inuidioſam miſeriam, opulentam ... pauidam ſuperbiam. G. Regnum & imperium R. Præci... & procellas & ſubſtellanti diademate fuſcum ſupercilium, ... annum, infelicem vitam. G. Honores fori. R. Puluerem & ſtre... G. Coniugium, & natos. R. Litigium & curas. G. Mihi mi... & vxorem filio. R. Tibi laborem, ac dilecto pœnam. G. Ve... obitum vxoris: & coniugem iuniorem. R. Attrito laqueo diſ... vt nouo & valido vincaris. G. Ingenium, linguam, literaſq;. ... incudem, malleum, & maſſam, quibus tibialiis ſomnum frangas. ... laudationem funeri. R. Philomelam ſurdo. G. Auream Pyra... R. Domum pictam cœco. G. Gloriam poſt mortem. R. Le... auras poſt naufragium. G. Nomen apud poſteros. R. Teſtimo... ab ignotis. G. Hæredem meum. R. Patrimonio amicum tuo, ... tibi redeas.

De ſpe vincendi. DIAL. XII.

Franciſc. Petrarch.

GAV.

Bello victoriam ſpero. R. Cum fallax vbi libet, tum in bello fallaciſſima ſpes eſt. Nihil ex præmeditato agitur. Inopine eunt omnia. Prudentiſſimus atq; exercitatiſſimus militarium rerum fuit, qui dixiſſe fertur, nuſquam minus quam in bello euentus reſpondere. G. Victoriam ſpero. R. Pacem haberes vtilius, eiuſdem ducis verbum memorabile traditur, Melior tutiorq; eſt certa pax quam ſperata victoria. G. Bello victor ero. R. Quid ſi victus? Hæc ſpes multos in exitium egit, ſine victoriæ ſpe, nemo volens in aciem deſcendit. G. Bello ſuperior euadam. R. Futuri verbum temporis. Omnis enim de futuro ſpes, & futura omnia ſemper ambigua. G. Bello victor remeabo. R. O ſpes hominum inanes: nec victor fortaſſe, nec victus remeabis, ſic tibi reditum ſpondes, apertumq; inter gladios iter acri deuotum claſſico Marti caput? G. Eſſe victor ſpero. R. Eſt qui contrarium ſperet vel vtrunque, vel alterutrum ſit neceſſe. Poteſt vel alter, vel vterq;, dux partium ſeu aliter ſeu mutuis vulneribus ſimul occumbere. quod & ſæpe credo alibi, & quod nunc meminerim Thebis vltimo inter fratres impios congreſſu; & Romæ primo poſt exactos reges accidiſſe proditum eſt bello, vt Superbi regis filium Brutus conſul, ad inferos proſecutus eſt. Amiſſo autem ſpiritu iam victoria nulla eſt, quo ſeruato, ſæpe tamen ex acie pari Marte diſceſſum tenes. Vtrobiq; igitur ambos duces ſpe victoriæ fraudatos conſtat. Vnum nempe fraudari tam commune, tamque cotidianum eſt, quam in aciem proficiſci. Quid ſcis autem an vnus ille tu ſis, hac qua tibi blandiris victoriæ ſpe fraudandus? G. Bello vincam. R. Vt anceps ſemper ſic ſæpe triſtis, & ſanguinolenta victoria eſt. Non habetur gratis, quod vitæ diſcrimine quæritur, care emitur cuius ſanguis eſt precium. carius cuius morte fieri poteſt vt pars victrix ducem perdat, ita tuis vincentibus vinci potes. Quid de victoriæ ſceleribus dicam? Non ſunt tot victi miſeriæ, quot ſunt peccata victoris. Quod ſi peccato miſerius nihil eſt nec victus eo quod vincitur victore miſerior, ſed eo minus miſer, quo minorum rerum damnis afficitur. G. Vincam. R. Vt ad ſummam redigam & an vincas & an melius ſit viciſſe, ſi videri in dubio eſt.

¶ SENTENTIAE HISTORICAE.

Vt plurimum ſpes maxima præbet maximam audaciam, & promptitudinem ad inuadendum. *Thucyd. l. 7.*

Humanus affectus eſt, memoria fortunæ priſtinæ ſperare ad eam reditum. *Appian. in l. de bell. Pun.*

Nihil eſt efficacius ſpe, ad ſubleuandam hominum laſſitudinem. *Appian. l. 2. de bell. ciuil.*

Diuina lenitas aliquam in aduerſis plerunque ſpem ſalutis reliquam facit. *Pauſan. l. 5.*

Spem neceſſe eſt virtute & innocentia tutari: alia enim præſidia, vt vetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & affinium opes, multæ clientelæ, infirma ſunt. *Sall. de bell. Iugurt.*

Vna in audacia ſpes ſalutis. *Tacit. hiſt. l. 4.*

Suus cuique animus ex conſcientia ſpem præbet. *Sall. in Fragm.*

Magnæ indolis dignum eſt ſperare ſemper. *L. Flor. l. 4. c. 8.*

Non eſt omnino deſperandum, quin in omni ſeculo ſemper meliora ſperare liceat, donec ipſæ hominum fortunæ fuerint, & quæ dictu factuq; difficilia ac fieri poſſe minime videntur, audentibus ſæpe ad effectum deducuntur: ita vt admiratione multa ſint digna. *Procop. de bell. Vand. l. 2.*

Omnes ſpes non eſt incertæ Martis aliæ committenda. *Nicet. Manuel. Comn. l. 6.*

Quod ſpei limites tranſiliit, à corde & mente facile relinquitur. *Heliod. l. 1.*

Fortunæ conditionumque æquitas ſpem ſucceſſus ſecundi fundant. *Amm. Marcel. l. 17.*

Si quis frequenter bonorum expectationes iniiciens fefellerit, vir huiuſmodi ne tum quidem poteſt perſuadere quam ſpem veram attulerit, At quæ quis certo comperto non habet, ea ne ipſemet dicat cauere debet: & nonnunquam alii illa dicentes, idem efficere poſſint, adhortationem autem ſuam ad maxima pericula ſeruet quam maxime fide dignum opus eſt. *Xenoph. de pæd. Cyri. l. 1.*

Vbi homines religioſe pietatem colunt, & bellicis in rebus exercentur, & ſe vt dicto ſint audientes condocefaciunt: qui non iſtic conſentaneum ſit, optima ſpe cuncta plena eſſe? *Xenoph. Orat. de Ageſilao.*

Spes quæ in periculis animum addit, etiam ſi aliquoties damno afficit, non tamen euertit vtentes ipſa pro viribus: ſed ab his qui omnes facultates ſimul periculo exponunt (ſpes enim natura prodiga eſt) tunc primum deprehenditur, quando ipſi iam ſunt fruſtrati, & non concedit facultatem in poſterum cauendi, vbi quis ſemel eam cognouerit. Id vos (*Athenienſium ad Melios dictum*) qui imbecilles eſtis, & vnico momento poteſtis euerti, nolite experiri. Neque imitemini vulgus hominum, qui cum ſuæ ſaluti humano more conſulere poſſent, poſtquam rebus aduerſis premuntur, & manifeſta ſpes eos deſtituit, ad obſcuras ſpes confugiunt, nempe ad oracula & diuinationes, & alia quæ homines ſpe illectos

illectos in exitium portrahunt. *Thucyd.l.5.*

Fallaces ſunt hominum ſpes, & incerta rerum futurarum iudicia. *Facius hiſt.l.4.*

Angliæ regis liberi tres cum tranquillo mari ex Normannia ſoluiſſent in medio curſu atroci exorta tempeſtate, naufragio periere: triſti ſuis, ſed ſalutari ad poſteros exemplo, ſpem regiæ ſimul vniuerſam fortunæ diſcrimini ventorumque ludibrio credendam non eſſe. *P. Æmyl.l.5.*

Plerunq; hominum proprium eſt, quod ratione difficile cognoſcunt, id ſibi cupiditate & ſpe facile fingere. *Fr. Guicciard hiſt.l.4.*

Vbi homines pietatem colunt, belli artes tractant, magiſtratibus obtemperant, qui non hic conuenit, affatim omnia bene ſperare? *Xenoph.orat.de Ageſilai laudib.*

¶ Apophthegmata.

Thales ſciſcitans, quid maxime commune eſſet omnibus? Spes reſpondit. Hanc enim etiam illi habent, qui aliud nihil. *Stob. ſermon.* 109.

Bias, roganti cuipiam, quid eſſet dulce hominibus? Spes, ait. *Bruſ.l.6.c.11.*

Anonymus, Rhodius quidam, ob intempeſtiuam libertatem in tyranno coniectus in caueam in quæ more nocentis beſtiæ alebatur ad cruciatum & ignominiam, amputatis naribus ac fœdata vulneribus facie, quum ab amicis admoneretur, vt inedia ſibi malorum finem quæreret: Cuncta, inquit, homini quoad viuit ſperanda ſunt. Citius illum laudarim quam iſtos, qui ob cauſas non admodum graues confugiunt ad laqueum, aut ad præcipitium. *Eraſ.l.8.apop.*

Democritus. Eius circumfertur talis ſententia: Spes recte ſapientium voti compos fieri poteſt, inſipientium vero impoſſibilis eſt. *Stob ſerm.*109.

Socrates dicere ſolebat, neq; mulierem ſine viro, neq; ſpem bonam abſque labore quicquam vtile parere. *Stob.ſerm.* 19 *& ſerm.*1. Neque nauem vnica anchora, neque vitam vna ſpe fultam eſſe oportere dicebat. Id poſtea dictum eſt ab Epicteto. Item. Improbæ ſpes, quemadmodum mali viæ duces, in errorem inducunt. *Max. ſerm.de Spe.*

Idem dicere ſolebat, Spem malam nihil aliud eſſe, quam peſſimum vitæ ducem, grauiſſima quæq; peccata. *Stob.ſerm.*109.

Plato. Spem vigilantium ſomnium appellabat. Ad quod alluſiſſe videtur Vergilius, quum ait,

An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Nam dictu mirum eſt, quam varias imaginationes patiantur in animo ſuo, qui vehementer ſperant aliquid. Atque hi inanibus ſimulachris perinde ſemet oblectant, ac ſi iam tenerent quæ ſibi pollicentur. *ÆElian.l.13.de var.hiſt.*

Diogenes percontatus quidnam in vita extremum eſſet? Spes, dixit. *Stob.ſerm.*109.

Herodes, ad confirmandos aduerſus Arabas ſuorum animos: Fallax, inquit, ſpes eſt, quæ non ſuis viribus nititur, ſed alienis aduerſis. *Bruſ.l.6.c.11.*

Plutar. dicebat ſpes eruditorum eſſe ſtabiles, vt quæ in rationis portu conquieſcent. Item. Idem præſtat ſcaphæ impulſæ infirma anchora, quod ſpes innitens malo conſilio. *Max.ſerm.de Spe.*

Alexander apud Granicum, Martem experturus, hortabatur Macedones, vt affatim pranderent, veluti poſtridie ex hoſtium commeatu cœnaturi. Præſens animus, ac de belli euentu fidens ac ſecurus. *Plut.in apoph.reg.& imp.*

Idem Poſteaquam in expeditionem profectus regias opes pene omnes in milites ac duces diſtribuiſſet, roganti Perdiccæ. Quid tibi nunc rex ſupereſt? Spes, inquit,. Hic Perdicca: Hæc, inquit, nobis commilitonibus tuis futura communis eſt, & prædium quod ipſi deſignarat: Alexander, recuſauit. Tanta erat fiducia, bene ſucceſſuram expeditionem. *Plut.in Alex.*

M. Cato de ſpe ſic prædicaſſe narratur, *authore Plutarcho*, quod quæ magna eſſent, puſilla faceret: quæ puſilla prorſus nulla, ſentiens, opinor, de periculis. Victoriæ ſpes extenuat omnia quæ ſolent deterrere. *Eraſ.Rot.*

Iul. Cæſar. Obſecrantibus Cæſarem amicis, vt præſidio corpus muniret, multiſque ad id operam ſuam pollicentibus, negauit ſe hoc facturum: Satius eſſe dicens ſemel mori, quam aſſidua ſpe & expectatione pendere. *Plut.*

¶ Similitudines.

Chryſoſtomi. Sicut malitia & viuentes & mortuos affligit & torquat: Ita virtus ante cœleſtis regni participationem, ſectatores ſuos & ſpe bona & incredibili fouet voluptate. *Hom.39.in Ioan.*

D. Auguſtini. Spem iam in terram ſanctam quaſi anchoram præmiſſimus, ne in iſto mari turbati naufragaremus. Quemadmodum ergo de naui, quæ in anchoris eſt, recte dicimus, quod iam in terra ſit, adhuc tamen fluctuat: ſed in terra quodam educta eſt contra ventos & tempeſtates: Sic contra tentationes huius peregrinationis noſtræ, ſpes noſtra fundata in illa ciuitate Hieruſalem, facit nos modo abripi in ſaxa. *In Pſalm.64.*

Laurentii Iuſtiniani patriarchæ. Spes eſt quaſi columna quæ totum ſpirituale ædificium ſuſtentat: qua deficiente ædificium corruit, ac in barathrum deſperationis concidit. Eſt etiam [...] nimæ, eam ſeruans, ne à procellis tentationum irrumpat [...] Apoſtolus: Firmiſſimum ſolatium habeamus, qui con[...] tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram ha[...] mæ tutam ac firmam, &c. *In ligno vitæ, c.2.de ſpe.*

Plut. Quemadmodum Ægyptii lege iubebantur [...] nec peperiſſet, ſi qua grauida morbo fuiſſet correpta: [...] abiicienda ſpes in hominum erratis. *In mor.*

Thriueri. Decet amico gratiam reponere: Sed ſtult[...] eſt, hominem ſpe beneficiorum colere. *in apoph.*83.

¶ Adagia.

AEgroto dum anima eſt, ſpes eſt.

Admonet, ne in afflictionibus quidem abiiciendam [...]

Spes alunt exules. αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας.

Vbi quis excuſſus à priſtina fortuna, ſemper id agit, [...]

Adhuc cœlum voluitur.

Quoties ſignificabimus adhuc ſupereſſe ſpem & [...] quod melioris fortunæ ſolet occaſionem adducere, exa[...] ueniet illud Theocriti.

Οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ' οὐρανὸς, οὐδ' ἐνιαυτούς.

Non eſt laſſatum voluendis menſibus anni

Cœlum.

Adhuc aliquis Deus nos reſpicit.

Quum in rebus vehementer afflictis, negabimus [...] ieciſſe animum, verum eſſe ſpei nonnihil, conueniet [...]

Ἀλλ' ἔτι τις καὶ ἐμεῖο θεῶν ἐπερέσχετο χεῖρα.

Numen adhuc aliquod dextram mi obtendit [...]

Der alte Gott lebet noch.

Spes ſeruat afflictos. *Ouid.*

Spes bona dat vires, animum quoq; ſpes bona firmat.

Ἐλπὶς γηροτρόφος. *Plut.*

Spes altrix ſenectæ.

In herbis.

In herbis eſſe dicuntur, quæ nondum maturuerunt [...] modo bonam de ſe præbent.

Spes tenuis.

Spem infirmam incertamq; Poetæ tenuem vocant.

Ab ipſa Meſſe.

Agit de his, qui vel commodis, vel ſpe commodorum [...] quo minus ſeſe explicent à negotiis, quaſi deſertum [...] inſtat meſſis,

Coruum deluſit hiantem.

Dicitur in captorem ſpe ſua fruſtratum. Horat.

Theſaurus carbones erant. ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφηνε.

In eos competit, qui ſpe ſua fruſtrantur, quiq; magna [...] pectatis, meras nugas reperiunt.

Bolus ereptus è faucibus.

Dicitur quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum [...] batur, præter expectationem ſubito præcipitatur. Terent.

Murem pro leone oſtendit. μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε.

Prouerbiali allegoria dictum, pro eo, quod eſt, ingentia [...] & fortia, longe diuerſa exhibuit.

Concupiuit aſſam farinam. ἤρατο ὀπτῶ ἀλεύρου.

In eum dicebatur, qui domeſticam tenuitatem [...] lios lautiorem vitam quæſiſſet. Theocritus.

Ne per ſomnium quidem. οὐδ' ὄναρ.

Græcis prouerbialiter dictum eſt pro eo, quod eſt, [...] nullo tempore, ne ſperare quidem audeas. Lucian.

Aliena iacis. ἀλλότρια βάλλεις.

Quoties parum ex animi ſententia res cadit, vſurpa[...]

Larus parit. κέπφος ὠδίνει.

Vſus vbi quis magna præ ſe fert, puſilla præſtiturus [...]

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus. ὤδινεν [...] ἀπέτεκεν.

Dici ſolitum in homines glorioſos: qui promiſſis, vultu [...] ſtu, miram de ſe mouent expectationem, tandem vero [...] adferunt.

Lupus circum puteum chorum agit. λύκος περὶ τὸ φρέαρ [...]

In eos dicetur qui ſumpta inaniter opera ſpe ſua fruſtra[...]

gehet herumb/ wie ein Katz vmb einen heiſſen Brey.

Lupus hiat. λύκος χανών.

Dicebatur ſi quis re multum ſperata, multumq; appe[...] ſtratus diſcederet.

Aurificem te futurum credebas. χρυσοχόον ὤου.

In eos, qui fruſtraneos labores ſuſcipiunt, ac ſpe ſua fr[...]

Quærens obſonium, veſtem perdidi. ζητῶν γὰρ ὄψον, [...] ἀπώλεσα.

Vbi res peſſime cadit, aut cum puſilla quædam captantes [...] perdimus. Suidas.

Cadere in curſu.

Eſt expetita laude fruſtrari.

Ne quære mollia, ne tibi contingant dura. μὴ τὰ μαλακὰ [...] μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς.

Congruit in eos, qui dum nimis improbe ac moroſe petunt [...] volunt offenſis iis, à quibus petunt, accipiunt ea quæ nolunt [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum præter modum captant voluptatem: incidunt in mo
ſternutus.
ſequens lepores, neutrum capit. ὁ δύο πτῶκας διώκων οὐδέ-
ταμβάνει.
qui ſimul duplex captat commodum, vtroq; fruſtratur.
ſchen zweyen Bäncken nidergeſeſſen.
nihil attraxit. αὕτη μὲν μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν.
abant hoc adagio operam fruſtra ſumptam, neq; ex ſen-
iſſe quod quis conabatur. Ariſtoph.
ſpe flagrat. κεναῖσιν ἐλπίσι θερμαίνεται.
qui fruſtra ſibi magna pollicetur.
s non ſemper feret ſecures. οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει.
endum iis, qui, quod aliis feliciter ceßit, idem ſibi quoque
ex animi ſententia ceſſurum ſperant. Æſop.
pretio emere.
, lucrum incertum, certo affectare damno. Terentius in

agricola in nouum annum diues. ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα

iactatum, qui ſpe futuri compendii ſunt diuites, ac ſibimet
rerum amplarum blandiuntur.
ſes ſacrum. οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν.
, vbi quis non fruitur iis, quæ parauit. Zenodot.
amiſi, reliqui pignori putamina.
ea per imprudentiam aut temeritatem amittit, ex qui-
expectabat, retentis iis, ex quibus emolumenti nihil po
re. Plaut. in Capt.
anchoræ iactum Deus. ἀλλ᾽ ἂν πέσοι τὴν ἐπ᾽ ἄγκυραν

rum res præter ſpem euenit.
caducum parietem inclinare.
præſidio vtitur, qui forma ſuperbit, qui in caducis for-
vitæ præſidia collocat, recte dicetur in caducum inclina-
tem.
um eſt & manſiſſe diu, vacuumq; rediſſe. αἰσχρόν τοι δηρόν
κενεόν τε νέεσθαι.
vbi quis longam de ſe concitauit expectationem, cui
reſpondeat. Hom. Iliad β.
omnia eueniunt quæ in animo ſtatueris. ἀλλ᾽ οὐ Ζεὺς ἄνδρεσ-
πάντα τελευτᾷ.
vtimur, quoties ſignificamus, non euenire protinus, quæc-
votisq; concepertmus. Homer.
arundineo inniti.
qui ſpes ſuas figit in his, qui non ſolum non poſſunt eſſe præ-
terum etiam noceant deſtituto.

¶ Exempla Biblica;

in Deum exempla: Ezechias, 2. Reg. 18. verſ. 5. Filii Iuda, 2.
13. v. 18. Ioſaphat, 17. verſ. 34. & 20. v. 13 Dauid, 2. Sam. 22. v.
18. v. 3. & 7. v. 2. & 13. v. 5. 6. & 16. v. 1. & 18. v. 1. 2. & 22. v. 10. &
& 27. v. 1. 2. & 28. & 31. v. 1. 2. & 38. v. 16. & 52. verſ. 10. & 55. v.
11. & 57 v. 1. & 69. v. 4. & 71. verſ. 1. & 72. verſ. 10 & 91. v. 9.
5. & 141. v. 5. & 142 v. 6. & 144. verſ. 2. Patres, Pſalm. 22. v. 5.
Iſrael & Aaron, 115. v. 9. 10. Tobias, Tob. 2. v. 15. 16. 17. Iudith,
v. 17. 18. Iob, Iob 13. v. 15. & 19. v. 25. 26. 27. Ieremias, Ierem 17
17. Thren. 3. v. 21. Suſanna, Dan. 13. v. 60. tertius & quartus fra-
2. Macchab. 7. v. 11. 14. Macchabæus, 15. v. 18. Paulus, Actor. 24.
14. 15. 1. Timoth. 4. v. 10. Epheſ. 1. verſ. 12. Philip. 2. v. 10. 1. Petr. 1. v.
ſpes ex præteritis, & iam compertis beneficiis concipienda, Ex-
: Iacob, Gen 32. v. 10. 11. Iſraelitæ, Deut. 7. v. 18. & 10. v. 11. Da-
1. Sam. 17 v. 24. 37. Ioſaphat, 2. Paral. 20. v. 7. Dauid, Pſalm. 3. v.
v. 10. & 32. v. 5. & 34. v 7. 8 & 71. v. 6. 17. & 77. v. 12. & 86. v. 7. &
8. & 143. v. 5. Paulus, 1. Corinth. 1. v. 8. 9. 2. Cor. 1. v. 10. Philip 1. v.
Theſſ. 5. v. 24. 2. Tim. 4. v 18. Petrus, 2. Pet. 1. v. 3.
Spes bona de piis concipienda, Exempla: Paulus, Rom. 15. 14. 2.
ſ. 3. 4. Apoſtolus, Hebr. 6. 9. ſpes ex ſcripturis haurienda, Rom. 15.
Exempla: Dauid, Pſalm. 119. v. 42. 47. ſpes nec in hominibus nec
aliis creaturis locanda eſt, 2. Paral. 16. 7. & 25. 9. Pſalm. 20. v. 8. 9.
44. 7. & 73. 28. & 118. v. 8. 9. & 127. v. 1. 2. & 146 v. 3. 5 & 147. 10. Prou.
& 11. 31. & 28. 25. Eſa. 20. 6. & 30. 2. & 31 3. & 36. 6. & 40. 7. Ierem. 7.
& 17. 5. & 48 7. Ezech. 29. 6 Oſeæ 5. 13. & 7. 11. & 9. 3. & 12. 1. Amos. 6. 1.
5. 10. & 7. 5. Abac. 1. 17. & 2. 3. Marc. 10. 24. 1. Tim. 6. 17. Spes in Deo
locanda, 2. Paral. 16. 7. & 20. 12. & 25. 8. Iob. 13. 15. Pſalm. 2. 12 & 9.
& 11 1. & 13. 6. & 20. 8. & 27. v. 10. 14. & 31. 2. & 71. 1. & 33. 18. & 37. v. 3.
& 42. v. 6. 12. & 43. 5. & 55. 24. & 62. 7. & 65. 6. & 78. 7 & 84. 13. & 86. 2.
& 91. v. 1. 14. & 118. 9. & 119. 81. & 123. v. 2. 3. & 130 6. & 131 3 & 147. 11.
Prouerb. 3. 5. & 16. 20. & 28. 25. Eſa 8. 16. & 10. 20. & 14. 32. & 26. v 3. 4.
& 40 31. & 50. 10. Ierem. 11. 20. & 17. 7. & 31. 17. 39 18. Thren. 3. 21. Oſeæ.
6. Ioel. 3. 16, Mich. 4. 5. & 7. 7. 2. Corinth. 1. 9. 2. Timoth. 2. 1. 1. Petr. 1. 21.
& 5. 7.

¶ Historica Exempla.

Alexander Macedo proficiſcens in Aſiam poſſeſſiones dome-
ſticas, & vectigalia regia amicis pleraque diuiſit. Vnus nihil ex illius largitione accepit Perdiccas, ſed rogauit: tibi vero quid Alexander relinquis? qui vt reſpondit: Spes meas. Erga harum, inquit, nos quoque erimus conſortes: neque enim nos tua capere, ſed prædam expectare Darii decet. Plut. orat. 2. de Alex. fortuna.

Rhodius quidam ob intempeſtiuam libertatem à tyranno coniectus in caueam, in qua more nocentis beſtiæ alebatur ad cruciatum & ignominiam, amputatis manibus, ac fœdata vulneribus facie, cum ab amicis admoneretur, vt inedia ſibi malorum finem quæreret: cuncta, inquit, ſperanda ſunt. Eraſmus libro 8. apophthegm.

Ariſtippum Philoſophum Socraticum ferunt aliquando ad Rhodienſium littus graui naufragio eiectum, amiſſis omnibus, vidiſſe in harena figuras quaſdam geometricas, atq; ad comites, mœrore poſthabito, hilari vultu exclamaſſe: bene ſperandum eſt, nam & hic quoque hominum veſtigia cernimus. Laert.

C. Marius obſcuro genero natus, facinorum militarium commendatione ad Rempubl. acceſſit. Ac primum maiorem petiit ædilitatem. Vbi ſenſit ea ſpe fruſtrari ſeſe: eodem die minorem adiit: & hac fruſtratus, haud tamen deſpirauit, ſe Romanæ ciuitatis primatem fore: docens, quantum in rebus humanis valeat improbitas. Plut. in Rom apoph.

Idem VI. Conſul. Roma pulſus à L. Sylla, & proſcriptus grandi pecunia in caput eius pronunciata, variis erroribus & periculis agitatus, oraculo ſe potiſſimum ſolabatur, quo acceperat, ſepties ſe conſulem futurum. Neque eum ſpes fefellit. Sabell. l. 3. En. 6.

Fœminis ſua ſpes blandita eſt, æternitatemq; pollicita, vt Semiramidi, quam compulit vt virilem ſexum mentiretur, ad ampliſſimos ducendos exercitus. Itaque nunquam tot adiiſſet labores tot pericula ſuſcepiſſet, niſi aliud eſſe perſuaſum haberet, quod vltra hoc quod viuimus, ſtabile eſſet atq; perpetuum manſurum.

¶ Hieroglyphica.

Hominem, qui fugitiuam rem aliquam nulla conſequendi ſpe ſectaretur, indicare ſi voluiſſent veteres, Anguillam pingebant, quam manus à cauda prehenderet, tanta enim eſt lubricitate prædita, vt de prenſantium manibus elabatur quam facillime, difficulterq; contineri poſſit. Pier. Val. l. 29. p. 279. C.

Quod ſi certam eſſe Spem de ambigua re quapiam oſtendere voluiſſent, obuolutam eam ficulneo folio pingebant: quod ſcabritie ſua prenſanti ſit adminiculo, nequaquam irrito, vnde prouerbium: τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν. idem ibid.

¶ Emblema.

Spes proxima.
Emblema XLIII. Andr. Alciati.

Innumeris agitur Reſpublica noſtra procellis,
Et ſpes venturæ ſola ſalutis adeſt:
Non ſecus ac nauis medio circum æquore venti
Quam rapiunt: falſis iamq; fatiſcit aquis.
Quod ſi Helenæ adueniant lucentia ſidera fratres:
Amiſſos animos ſpes bona reſtituit.

Illicitum non ſperandum.
Emblema XLVI.

Spes ſimul & Nemeſis noſtris altaribus adſunt,
Scilicet vt ſperes non niſi quod liceat.

In dies meliora.
Emblema XLV.

Roſtra nouo mihi ſetigeri ſuis obtulit anno,
Hæcque cliens ventri venia, dixit, habet.
Progreditur ſemper, nec retro reſpicit vnquam;
Gramina cum pando proruit ore vorax.
Cura viris eadem eſt, ne ſpes ſublapſa retrorſum
Cedat, & vt melius ſit quod & vlterius.

In ſimulachrum Spei.
Emblema XLIV.

Quæ Dea tam læto ſuſpectans ſidera vultu?
Cuius peniculis reddita imago fuit?
Elpidij fecere manus. Ego nominor illa,
Quæ miſeris prompta Spes bona præſtat opem.
Cur viridis tibi palla? quod omnia me duce vernent:
Quid manibus mortis tela refracta geris?
Quod viuos ſperare decet, præcido ſepultis.
Cur in dolioli tegmine pigra ſedes?
Sola domi manſi volitantibus vndiq; noxis,
Aſcræi vt docuit Muſa verenda ſenis.
Quæ tibi adeſt volucris? Cornix fidiſſimus oſcen,
Eſt bene nequeat dicere, dicit, erit.
Qui comites? bonus Euentus, precepſq; Cupido,
Qui præeunt? Vigilum ſomnia vana vocant.
Quæ tibi iuncta aſtat? ſcelerum Rhamnuſia vindex,
Scilicet vt ſperes nil, niſi quod liceat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN